



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiарvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

[Alia prædictorum expositio. K]

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

*Sum. 6. P. al. & spiritum S. Quomodo ergo hoc accipendum
31. tom. 8. est? Purauerunt quidam hæretici, quod pater ve-
luti author & artifex, filio & spiritu S. in rerum o-
peratione quasi instrumento vteretur: ex prædi-
ctis verbis errandi occasionem suientes, quod
velut blasphemum atque sanæ doctrinæ aduer-
sum abiit pia fides. Non est itaque intelligendū,
ideo scripturam frequenter cōmemorare patrē o-
perari in filio, vel per filium, tanquam filius non
posset facere, si ei nō porrexisset pater dexterā, vel
tāquam aliquid instrumentū fuerit patris operā-
tis: sed potius illis patrē verbis intelligi voluit cum
filio & spiritu sancto operari, & sine eis nihil facere.*

Contra hanc expositionem surgit hæreticus.

Sed dicit hæreticus, hac ratione hoc posset di-
xisse, filium operari, per patrē, vel in patre, & spi-
ritum sanctum cūm utroq; vel per utrumq;, quia
filius cūm patre & sp. sanctus cūm utroque opera-
tur. Cui breuiter respondeatur: Ideo illud dictum
esse, & non istud, vt in patre monstraretur autho-
ritas. Non enim pater à filio, sed filius à patre ope-
ratur, & sp. sanctus ab utroque. Ideoq; etiam filius
per spiritum S. legitur operari, quia cūm spiritu
S. operatur, hoc ipsum à filio habenti vt operetur.

Alia prædictorum expositio.

K

Potest & aliter illud accipi, vt dicatur pater in
filio vel per filium operari, qā eum genuit omniū
opificē: sicut dicitur pater per eum iudicare, qā ge-
nuit iudicem: ita & per spir. S. dicitur operari siue
pater, siue filius, quia ab utroq; procedit spir. S. fa-
ctor omnium. Vnde Chry. sic ait, Nō vt hæreticus
inaniter suspicatur, tāquā aliquid instrumentū
patrī extiterit filius: neque per eum pater dicitur
fecisse, tanquam ipse facere non posset: sed siue
dicitur pater iudicare per filiū, qā iudicē genuit,
sic etiam dicitur operari per filium, quia eum co-
stat

*Chrys. eo. 4.
hom. 2. ad 1.
ca. ad Heb
du illad.
Per que
fecit & se-
mata.*

stat opificem genuisse. Si enim causa ei⁹ pater est, secundum quod pater est, molto amplius eorum causa est, quæ per filium facta sunt. Hæc de opere primæ d^oei d^octa sunt.

DE OPERE SECUNDÆ DIEI, QVA
factum est firmamentum.

DISTINCT. XIV. A

Dixit quoque Deus: fiat firmamentum in me-
dio aquarum: & dividat aquas ab aquis. Diui-
nitque aquas, quæ erant sub firmamento, ab his
quæ erant super firmamētum. Sciendum est quod
illius cæli describitur hic creatio sicut ait Beda su- *Beda & gl.*
per Gen. in quo fixa sunt sydera: cui suppositæ sunt *ordinaria*
aque in aere & in terrâ, & superpositæ aliæ de quib. *ad id Gen.*
dicitur: Qui tegis aquis superiora eius, in medio ^{1. Fiat fir-}
ergo firmamētum est, i.e. sydereum cœlum quod de- *mamentum*
aquis factum esse credi potest. Crystallinus enim
lapis cui magna est firmitas & perspicuitas, de a-
quis fact⁹ est. Si quæ verò mouet, quomodo aquæ
naturæ fluidæ & in imalabiles, super cœlum pos-
sint consistere: de Deo scriptum esse meminerit,
Qui ligat aquas in nubibus suis. Qui enim infra
cœlum ligat aquas ad tēpus vaporibus nubium
retentas, potest etiam super cœli sphēram nō va-
porali tenuitate, sed glaciali soliditate aquas su-
spendere ne labantur. Quales autē & ad quid con-
ditæ sint, ipse nouit qui condidit. Ecce ostensum
est his verbis, quod cœlum factum sit, scil. illud in
quo sunt fixa sydera, id est, quod excedit aerem, &
de qua materia, scil. de aquis, & quales sint aquæ,
quæ super illud cœlum sunt, scilicet, ut glacies è
soliditate.

*Alii putant cœlum illud esse igne naturæ, qui-
bus consentit Augustinus.*

B

Quidā vero cœlum, quod excedit aeris spatiæ,
igneę naturę dicunt, assentes super aerem purū
igneum